



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

6. Tria in corporali naturâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 6.

Tria in corporali creaturâ , Materia , Forma , Proprietas .

Angelus archetypus Triadis præfulget olympo,
 Archetypus terris , est micro-cosmus , homo.
 Quin & res reliquæ referunt vestigia Trini
 Materiâ , Formâ , Proprietate, Dei.
 Sic Trias ens simplex se sub velamine nobis
 Hic cognoscendam præbet ubique Tribus.

SYMBOLUM 7.

Tria principia naturalia in fieri , Materia , forma , privatio .

Factarum tria traduntur primordia rerum ;
 E nihilo , primùm condita materies.
 Moxquè secuturam præjens privatio formam,
 Tamquam majori cedere nata locum.
 Influxu Triadis (a) subjecto ritè parato ,
 Entibus a reliquis forma sequestra datur.

(a) Insinuatur animam rationalem qua est forma spiritualis per se subsistens non fieri per traducem, nec educi de potentiâ materiæ sed a solo Deo creari & corpori disposito infundi.

SYMBOLUM 8.

Tria sunt in composito , in facto esse ,

Materia , forma , Unio .

Naturæ referans arcana scientia, monstrat
 Hanc Triadem, ut Matrem, filia grata, suam.
 Compositi structura tribus coalescit in unum ,
 Materie, formâ, nexus utramque ligat.
 Materies Pater est, Patrisque simillima forma
 Filius , amborum forte ligamen Amor.

SYM-